

hoc se ad gratiam præparare, sine qua ceptum illud implere non potest. Tertiò, quilibet christianus, cum tenetur seruire Christo, & iustitig, tenetur rum pere factus cum diabolo, siue recedere à seruitute diaboli, & peccati, quia nemo potest duobus dominis seruire, Deo. scilicet & mammonæ Mat. 6. & 2. Cor. 6. Quæ cõ uentio Christi ad Pelial? Sed qui obnoxius est peccato, seruus est peccati. Io. 7. Et ad Rom. 6. Est & seruus diaboli autoris peccati 2. Pet. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Ergo tenetur se expedire à peccato, dum obligatur seruire Christo. Ad hoc autem tenetur in die dominica, vt dictum est, & communis doctorum habet opinio, vt sese reconciliet Deo, ergo.

Quartò, non minus tenetur quilibet tenetur prouidere salutis suæ, quam proximi, quæ dilectio sui est mensura dilectionis proximi, dicente domino. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Mat. 22. Sed quilibet sub pena mortalis peccati tenetur cauere peccatum mortale in proximo, si potest, nõ solum ne incidat, sed etiam si incidit vt resurgat. Eccl. 17. Mandauit vniciuique de proximo suo. Quod duobus præceptis deducitur. Primum de uitatione scandali. Mat. 18. quo præcipitur, quod vitetur, quicquid poterit esse occasio ruinæ pusillis, vnde etiam actus meritorius, qui nõ est de necessitate salutis, intermitendus est propter uitatio nem scandali quandoque & ad tempus donec ratio reddatur pusillis, quæ scandalum caueatur, vt uult. Tho. 2. 2. q. 43. art. 7.

Secundum præceptum de fraterna correptione. Matth. 18. de quo Aug. in de uerbis domini. Si neglexeris corrigere, peior eo factus es, qui peccauit. Et dicit B. Tho. 2. 2. q. 2. 33. art. 2. quando aliquis præsumit de aliquo delinquentem, quod possit eum à peccato retrahere & prætermittere propter timorem, quia formidatur iudicium vulgi, carnis cruciatio, vel preceptio, peccat mortaliter. Ergo multò magis tenetur cauere peccatum mortale in seipso, ne incidat, & si incidit, ne in eo stet, quoniam ma-

ius malum est stare in mortali, quam incidere, tenetur autem, quia in se cauere potest. Tenetur ergo id agere, qui incidit, vt remittatur per conscientie discussionem. Quintò quilibet tenetur conseruari vitam suam corporalem inuis, quam proximi, quem si à morte liberare possit, & non faceret, occideret. Vnde scriptum est, Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. Prou. 34. Nec mirum nam & hoc de inimico, & boue, & asino inimici præceptum est Prouer. 25. Si esurit inimicus tuus, ciba illum. Idem Rom. 12. Et Amb. Pasce fame morientem, si non pauisti, occidisti. Sed multò magis obligatur conseruari vitam spiritualem animæ, propter quam data est vita corporalis, non tantum conseruari, vt maneat habita, fed eade ratione vt redeat perdita. Sextò quilibet tenetur vitare periculum suæ damnationis, vnde est magistralis regula, Qui se erimini damnationis committit, mortaliter peccat, secundum illud Eccl. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Sed maius periculum nullum esse potest, quam stare in mortali peccato, quia talis de facto stat in statu æternæ damnationis, hoc autem vitare potest per conscientie discussionem & contritionem, extendendo nomen contritionis ad attritionem de congruo sufficientem & c. quomodo accipitur in præfenti dubio, ergo ad eam tenetur sine mora cum est in periculo. Hoc est de mente domini Antonini, qui in 3. parte summæ suæ. titu. 14. cap. 18. §. 2. ita dicit, Quantum ad peccata mortalia, de quibus nondum quis habuit contritionem, videtur, quod semper tenetur, quod peccatum mente occurrit ad actum odiendi, & detestandi peccatum alias peccat mortaliter peccato omissionis quousque conteratur. Dicit enim Tho. Pe. Bonauen. & Durand. quod post mortale peccatum, & si non tenetur ad statim consistendum, tenetur tamen ex necessitate ad statim conterendum. Nec enim per momentum licet stare in peccato, vt Eccl. 2. 1. dicitur. Quasi à facie colubri